Notum sit cunctis presentibus et futuris. quod ego Jordanus filius dunici de sancta leguinia uenio in manifes
to per me et per omnes meos. quod sum paccatus de te Gyllelmo filio domni Ferrarii de sancta leguinia. et de domna
Ozenda preposita et de domno Sexen. de uno equo quem michi dedistis quem michi dimisit in suo testamen
to Ferrarius de sancta leguinia pater tuus. et nominatim illum equum michi donastis. quem Gascona araga
magister hospitalis eidem donauit Ferrario. Et pro hunc equum quem uos predicti michi donastis quod
a uobis recepi de manu. sum inde sine clamore omni tempore et sto inde in manifesto. et diffinio tibi
Gyllelmo et domne Ozende preposite et domnus Sexen. omnia mobilia et inmobilia que tibi remanserunt
ex parte patris tui domni Ferrarii. ita quod ego nec aliquis per me non possit tibi nec predicte preposite
ut domnus Sexen aliquid querere ut clamare pro sola cuncta de omnibus causis que fuerunt domni Ferra
rii patris tui. Et de hac diffinitione attendenda sicut hic superius scriptum est. Ego Jordanus dono
tibi Gyllelmo et domne Ozende preposite et domnus Sexen fidanciam Ferrarium de Cabdella. Testes
sunt huius rei et diffinitionis uisores et auditores. Bernardus de villella justicia Frage. Senyus
sius de sancta leguinia. Facta carta in mense octubr. Era M. CC. L. VII. Sig+num Jorda
ni. Sig+num Ferrarii de capdella fidanci. Sig+num Bernardi de villella. et dunici de
sancta leguinia testium. Sig+num Andree scriptoris predicte preposite qui hoc scripsit.

4/18

1219-10

RT 119

230.

GOBIERNO DE ARAGON